



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117816

§. 52. Calendion Patriarcha Antiochenus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66052)

Sæculum V.
A. C. 479.

§. LII.

Calendion Patriarcha Antiochenus.

Stephano Juniore Antiochiæ mortuo, postquam sedisset annos tres, Zeno Imperator hac etiam vice iussit Acacium Constantinopoli Patriarcham Antiochenum ordinare. Is vocabatur Calendion. Episcopi Orientis, factum se ignorare simulantes, sua ex parte Joannem, Cognomento Codonatum, ordinarunt. At Calendion celeriter Antiochiam venit, ubi, congregato illius Provinciæ Concilio, ante omnia effecit, ut omnium, quotquot aderant, suffragiis ordinatio ipsius confirmaretur. Epistolam Synodalem deinde misit ad Simplicium Papam, qui eum lubenti animo ad Communionem recepit; id enim ipse Papa in epistola sua ad Acacium Constantinopolitanum quinta Julii anno 482. Severino Consule, data, testatur.

A. C. 482.

Calendion ab Imperatore Zenone licentiam impetravit, ut Reliquias S. Eustathii ex urbe Philippis in Macedonia, ubi pro Fide Exul occubuerat, Antiochiam afferret. Hæc translatio solemnissime peracta. Omnis Antiochenæ Civitatis populus ad octodecim milliaria obviam processit, & Eustathiani, qui etsi Catholici essent, tamen illo usque separati vivebant, tunc ad Ecclesiæ Sinum redierunt;

Theod. Lect. Lib. II. Vit. Chr. an. 491. Sup. l. XI. §. 43.

runt; ex quo videmus, adhucdum ali-
 quos superfuisse post Reconciliationem
 sub Alexandro ante annos septuaginta
 initam.

Sæculum V.
 A. C. 482.
 Sup. XXIII
 §. 26.

§. LIII.

*Joannes Talaja Patriarcha Alexan-
 drinus.*

Interea Timotheus *Solofaciote*, cum se *Felix ep. 1.*
 morti proximum sentiret, Legatos *to. 4.*
 Constantinopolim misit, qui tam suo, *Conc. p. 1050*
 quam omnium Clericorum suorum No- *C. Gesta de*
 mine Imperatorem rogarent, ut ipsis li- *Nom. Acac.*
 bertas fieret eligendi Successorem, qui *p. 1081.*
 ex Clericis Catholicis assumeretur, & a
 Catholicis ordinaretur. Has litteras
 deferre Talajæ Presbytero, & Ecclesiæ
 Alexandrinæ œconomio Legationis Prin-
 cipi mandatum. Imperator, quod Pa-
 triarcha, & Clerici ejus postulabant,
 concessit, & in suo Rescripto Joannem
 Presbyterum magnis laudibus extulit.
 Itaque Constantinopoli redeuntem Po-
 pulus Alexandrinus jam tunc respicere
 cœpit, tanquam designatum in Cathedra *Liber. brev.*
 Alexandrina Successorem Timothei, qui *c. 16.*
 paucos post dies anno Episcopatus vige- *Sup. §. 20.*
 simo tertio, mense sexto, id est, circa
 annum 482. in Pace obdormivit; lenis-
 simum viri ingenium, quibusdam animi
 fragilitas videbatur, nam quamvis ipsum
 Imperator per litteras monuisset, ne to-

K k k § leraret